



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quod genus & officium Zachariæ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83011](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83011)

δελφῶς τῶν ἀνδρῶν. ἤματι & ἰσὺν ἑτέρας, καὶ τὰς ἑ
περὶ ἑαυτοῦ. πρὸς ἡ, καὶ τὰς ὑφ' ἡγεμονίαν τῶν ἱερῶν νό
μων, καὶ τὰς τῶν πατέρων ἱδρυτὰς ἀπέχευε.
Herodes ad ea, quae supra crudeliter gesserat, etiam hoc addi
dit: Virum sororis suae Salome inire fecit: & quum eam alii
tradidisset uxorem, etiam hunc necavit. Scribas quoque & qui
sacrarum legum & patrum institutorum zelum habent,
occidit.

Hæc Iosephus omisit, Eusebius recensuit. ut facile
appareat Herodem hæcenus ita imperasse, ut Iudæi
tamen ut eunq; dignitatem tuerentur, nec legitimum
eum Dominum agnoscerent: nam vsq; ad annum 26.
adhuc ex veteri familiâ supererant.

QVÆSTIO II.

Quod genus & officium Zachariae?

Divisio sacerdotum in partes.

§. 1. **T**Am ipsæ, quam vxor eius erat ex genere Aaronis. Ex familiâ Abiæ. 1. Par. 24. 3. David, Sadoc sacerdos ex stirpe Eleazari, & Achimelech ex familiâ Ithamar in 24. tribus seu vices, diuidunt sacerdotes, ne æmulationes, & confusio nasceretur. Eleazari posteri sedecim, Ithamaris octo, in partes distribuiti sunt. Statio Abianæ familiæ octaua erat, ibidem v. 10.

Sortium immunitio.

Nehemiæ 12. 17. etiam fors Abiæ refertur loco decimo. Verum a'ia ibi nomina sunt, & sortes tantum viginti referuntur, vel quod familiæ defecerint, vel quod redire neglexerint, aut sane in eam paucitatem redactæ fuerint, ut plures in vnam fortem contribuendæ essent. Postea tamen crescente numero iterum 24. sortes fuerunt.

Sortis mysterium octo dierum fuit. Iosephus rationem fortiendi nouit.

§. 2. Vices noster vocat ἰσχυρία diuinam vicem, seu fortem; Hebræi vocant פקודא Pekudâ statum ordinatum, & מְחֻלָּק mechaluk, quasi diuisionem: Syrus habet מְחֻלָּק מְחֻלָּק de ministerio, seu statione domus abiæ. Aliquot autem dies continebat illa ἰσχυρία, ex 4. reg. 11. v. 6. 7. 9. constat octo dies fuisse, & 2. Paral. 23. 8. Consentient etiam Iosephus, Ambros. Euthym. Theophylact. sed Iosephi, ut qui omnia illa vidit, satis esse testimonium potest, ut qui non modo viderit, sed quotidie viderit, ut qui Ierusalem natus & educatus, ea narret, quæ omnibus Iudæis nota erant. Is lib. 7. antiq. cap. 11. ita describit.

Quando Iosephus scripsit.

[Hos (Leuitas) diuisit in cognationes, & separatim à reliqua tribu sacerdotibus, viginti quatuor eorum cognationes inuenit: ex Eleazari familiâ sexdecim, ex Ithamari octo. Instituitq; ut vna cognatio ministraret Deo per dies octo, à Sabbatho vsq; Sabbathum: atq; ita sortitio facta est omnium cognationum in præsentia Davidis & Sadoci ac Abiathari Pontificum, & omnium Principum. & cuius prima fors exiit, descripta est cognatio prima. & post hanc secundam, deincepsq; vsq; vigesimam quartam: quæ quidem diuisio durat vsq; in hodiernum diem.] Ex quo loco apparet, eum antiquitates vel scripsisse matutius, quàm cum Romæ habitaret: vel cum ait, vsq; ad hodiernum diem, proximum tempus intelligere. Tum enim euersum erat templum, cum Romæ Iosephus ageret.

Ioannes ex familiâ splendida, ne ut vilis ad testimoniam non admittetur.

§. 3. Cur tam accurate Zachariæ nobilitatem recenseat, causa est, quia qui de re grauissimâ, mundi salute, & de rege totius vniuersi testimonium, dicturus erat, nec tamen miraculum facturus, vllum illi non modo ex conceptus, & natiuitatis miraculo, sed etiam ex genere auctoritas concilianda fuit. Nobilem habere præcursores Christus debuit, & præcursores sacerdotem nouus sacerdos secundum ordinem Melchisedech. Si enim vel ex ignota, vel paupere domo desertum tanta austeritate inco-

feræ necessitatis, non laudandæ voluntatis esse hæc fessent. At postquam animaduertunt, puerum summo indolis, summo genere, vnicum filium, senectutis parentum, eaq; re carissimum, spretis deliciis, & sacerdotij honoribus melle syluestri, & locustis vitam tollerare. magni aliquid agi credere debuerunt. Næ igitur accusandæ nunc illæ sunt Ecclesie, quæ non nisi de nobilitate Clerum legunt, modò in ipsa nobilitate virtutis, non imaginum duntaxat rationem dicant: Et si enim

Fortes creantur fortibus; sunt tamen non raro Heroum filii noxa. & interdum nobilium magis monopolia, quam promotiones.

VERSUS 6.

Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querelâ.

Ἦσαν ἡ δικαιοσύνη ἀμφοτέροις ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, πορεύοντες ἐν πάσαις ταῖς ἐντολαῖς, καὶ δικαιοσύναις καὶ κενὰ ἀμείμπτοι.

QVÆSTIO I.

Verène iusti fuerint?

§. 1. **D**Vo contrarij ex hoc loco errores nati sunt. Pelagius enim & Cælestius apud Augustin. lib. de perfect. Institut. cap. 17. & lib. de gratia Christi cap. 48. Epistol. 59. lib. 2. de peccatorum meritis & remissione cap. 13. contendebant sine villo peccato esse homines. Hunc enim eos locum vrisse constat ex Epistolâ quinq; Episcoporum Aurelij, Alpyij, Augustini, Euodij, Possidij, & Innocentium Pontificem. Illud vero, quod dicunt, posse hominem esse sine peccato, & mandata Dei facile custodire, si velit, quamuis quum hoc per adiutorium gratiæ, quæ tamen per incarnationem vniuersi eius reuelata, atque donata est, dicitur, ioler ab iustis dici videtur, tamen quoniam non in merito mouere potest, vbi & quando per eandem gratiam id efficiatur in nobis, ut sine villo peccato simus, (verum in hac vita: quando caro conuulsit aduersus spiritum, an vero in illa, quum fiet sermo qui scriptus est, vbi est mors victoria tua? vbi est mors aculeus tuus? aculeus enim mortis, peccatum est) diligentius pertractandum propter alios quosdam, qui se ferunt, atque in suis literis memoria mandauerunt, etiam in hac vita à peccato sine peccato, non ab initio natiuitatis sue, sed conuersione à peccatis ad iustitiam, & à viâ reprobi à ad bonam vitam. Sic enim intellexerunt, quod de Zacharia & Elizabeth scriptum est, ambulasse eos in omnibus iustificationibus Domini sine querelâ. Hoc, quod dictum est, sine querelâ, sine peccato dictum acceperunt, non quidem negantes, imo etiam (quod aliis locis in literis eorum inuenitur) per confidentes, adiutorium gratiæ Domini nostri, non per naturalem spiritum hominis, sed per principalem spiritum Dei. Qui parum videntur considerasse, ipsam Zachariam fuisse vsque sacerdotem. Omnes autem tunc sacerdotes, necessi habebant ex lege Dei, primitus peccatis suis offerre sacrificium, dein de pro populo.

Ita illi tempore Concilij Mileuitani 2. Pelagianos quidem Augustinus & Concilia illa satis refutarunt, lultos fuisse, fuisse sine querelâ, non sine peccato, de gratiâ Christi cap. 48. Dictum enim est, quantum mihi videtur, secundum quandam inter homines conuersionem probabilem atq; laudabilem, quam nullus hominum iuste possit in accusationis & criminationis querelam vocare. Quam tamen propterea in Dei conspectu Zacharias & eius vxor haberi referuntur, quia in ea homines nulla dissimulatione fallunt: sed ut apparebant hominibus, ita notis erant oculis Dei.